UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXXVI. Bischof Dieterich von Brandenburg bestätigt den Kaland zu Wriezen und verschreibt seinen Wohlthätern einen Ablaß, am 6. Februar 1522.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54734

Visual Library

LXXXIV. Martin Dame zu Sternbeck, Lehnsmann der von Uchtenhagen, verpfändet der Stadt Wriezen ſeine Beſitzungen zu Sternbeck und Haſelberg, am 21. Dezember 1518.

Ick Merten dame to Sternebeke Bekenne vor my vnd myne erwen vnd jdermennichlig, dat Ick medt — fulbordt der geſtrenngenn vnnd Wolduchtigen Mattias von Vchtenhagen, Caſper vnd Wulff von Vchtenhagen, als mine lehenheren, — vp eynen rechten wederkop — vorkofft hebbe — den — Burgermeiſteren vnd radtmannen der ſtadt Writzen ahn der Ader eyn Schock jerlige tynſse vp Wynachten Schirſt ſallende — vp alle myne redheſte guder to Sternebeke, die jck van den von Vchtenhagen to lehene hebbe, ſonderlich vp den hoeff to Sternebeke vnd vp den hoeff to Haſſelberg, vor twelff ſchock etc. — Gegewen — to Sternebeke, jn veffthenhunderſten vnd achtenden jare, ahm dage Thome apoſtoli.

Nach dem Original im Beſitz der Stadt Wriezen.

LXXXV. Hans Pfuel verpfändet Hebungen aus Schulzendorf an den Kaland zu Wriezen, am 7. Juni 1519.

Ik hans pful, tho lowenberch geſzeten, — vorkope den Erhaſtigen kalandsbruderen thur Wrytzenn — alle jar vp pingſten tu betalende — virtich merckſche groſken Brand. wer. jerlige tynſse — vp alle myne redeſte gudere vnnd ſunderlich vp Ditz Szeldenheims to Schultendorp hoff vnd huſen vnd alles darto gehorende vor achte ſchogk groſsken —. Szo hebbe ick my jn diſſeme kope beholden, wen ick edder myne erſſen ſulkein viertich groſsken jerliker tinſſe weder affkopen willen etc. — Tho merer ſekerheit vnd bokentniſſe hebbe ick hans pull vor my vnd myne erſſen alſse eyn ſachweldich vorkoper ſampt mynen broder Claus pull — ock erſſete to Lowenberch — vnnd Criſtoffell Sparre — erſſete to Trampe — diſſen breff vorſigelt — dy gegeuen iſt to der Wrytzen, am dinſtdage nach Exaudi, Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimo nono.

Nach dem Originale im Beſitz der Stadt Wriezen.

LXXXVI. Biſchof Dieterich von Brandenburg beſtätigt den Kaland zu Wriezen und verſchreibt ſeinen Wohlthätern einen Ablaß, am 6. Februar 1522.

Theodericus, Dei et Apoſtolice ſedis gratia confirmatus Epiſcopus Brandenburgenſis. Ad perpetuam futuram rei memoriam. Cum genus totius Creature humane mortale ſit, mors omnia tollit et ſuper expectat, Itaque homines mori neceſſe eſt, Viventium denique memoria plurimum labilis et fragilis exiſtat; Convenit facta, que ad poſterorum memoriam evenire et bene fundata ac fixa eſſe volumus, Scripturarum teſtimonio perhennare. Hec devoti noſtri dilecti Deca-

nus et Camerarius ceterique proviſores Fraternitatis Kalendarum oppidi Wryzen noſtre Dioceſis provide revolventes, Fraternitatem eorum cum nonnullis et variis ſtatutis ac Ordinationibus per Fratres tunc exiſtentes pro Dei laude et Chriſti fidelium animarum ſalute erectam et inventam per noſtros predeceſſores felicis recordationis a tempore erectionis et introductionis admiſſam, approbatam, ratificatam et Confirmatam eſſe et fore nobis exponi fecerunt tam humiliter quam devote, Supplicantes, quatenus et nos eandem cum ſtatutis et ordinationibus admittere, approbare, ratificare et auctoritate noſtra Ordinaria gratioſius literis noſtris perpetuare et confirmare dignaremur. Nos itaque Theodericus, Epiſcopus ante dictus, premeditantes Regium Prophetam David divino afflatum eloquio ceciniſſe: O quam bonum et jucundum habitare Fratres in unum, Itaque commodiſſimum plurimum ſalutiferum, quod homines in variis locis commorantes conveniunt, unanimi aſſenſu Creatorem noſtrum et Salvatorem laudant preceſque ad eundem devotas fundunt, cum ſic alius pro alio orare cenſetur, quod in Fraternitatibus fieri ſolet et convenit. Itaque ſupplicationem premiſſam ut juſtam, rationabilem cultui divino et animarum ſaluti proficuam exaudimus, Fraternitatem Kalendarum prementionatam cum ſingulis ſuis ſtatutis et ordinationibus rite et legitime factis, dummodo tamen eadem ſacris canonibus, Provincialibus vel ſinodalibus ſtatutis, iurisdictioni noſtre Epiſcopali et Prelatorum noſtrorum aduerſa non ſunt, in et per Civitatem et Dioceſin noſtram admittendam approbandam, ratificandam et confirmandam duximus, admittimusque, approbamus, ratificamus, auctoriſamus ac auctoritate noſtra ordinaria Dei nomine in his ſcriptis confirmamus, Primariis nichilo minus noſtris et aliis juribus nobis competentibus ſemper ſalvis et illeſis. Redditus denique et Proventus perpetuo aut reemptionis titulo pro oneribus dicte Fraternitatis ſupportandis emptos et comparatos acceptamus, Iuribus, Privilegiis, immunitatibus et libertatibus Eccleſiaſticis juſtis unimus, munimus et decoramus, ipſos Fraternitati predicte pro ſuis oneribus ſupportandis, unimus, Inviſceramus, approbamus et incorporamus, decernentes ipſos eccleſiaſticos, Juri et Foro Eccleſiaſtico inſtar aliorum Deo dicatorum bonorum gaudere et ſubjacere. Invaſores et diſtractores eorundem Sacrilegos eſſe eccleſiaſtica cenſura regendos et compellendos. Ut autem utriusque ſexus Chriſti Fideles ad faciendum ſe participes Fraternitatis et operum bonorum, que virtute ejusdem fiant, magis afficiantur et alliciantur, quo ſe ſpecialibus prerogativis et muneribus ſpiritualibus prouiſos ſciant, quod generali Interdicto per nos, Prelatos noſtre Dioceſis nobis ſubjectos aut officiales noſtros lato ac fulminato, quater in anno quando peractiones ſeu memorias ſuas generales celebrare conſueverunt, aut tempore obitus alicujus ex Fraternitate preſente funere Vigilias et miſſas defunctorum pulſatis campanis et apertis Ianuis, interdictis et excommunicatis, et qui cauſam vel occaſionem Interdicto dederunt, excluſis, ſolemniter celebrare poſſint et valeant, Interdicto hujusmodi non obſtante, favorabiliter indulgemus omnibusque et ſingulis utriusque ſexus criſti fidelibus confeſſis et contritis, qui pro melioratione, manutentione et conſeruatione iſtiusmodi fraternitatis donando, legandove manus pias adjutrices porrexerint vel id fieri procurauerint aut peractionibus ſuis memoriis generalibus, que pro ſalute fratrum celebrantur, ſiue ſint vigilie, ſiue miſſe, interfuerint, pro felici ſtatu uniuerſalis Eccleſie aut fratrum ſalute duo Pater noſter cum tot ſalutationibus angelicis et uno ſimbolo orauerint, tociens quociens id fecerint, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate et meritis confiſi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. — Datum in Arce noſtra Epiſcopali Zieſer, anno domini Milleſimo quingenteſimo viceſimo ſecundo, die vero ſexta menſis Februarii, Majori noſtro in fidem premiſſorum appenſo ſub ſigillo.

Nach dem Originale im Beſitz der Stadt Wriezen.